FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De postulando. Rubrica.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

eneri,& propter hoc conſentis promittere,& ille error non vi-uet nec promiſsionem,nec tranſactionem dominij ſi ſolueris. vt in toto titu.de condi.indebi.Et hæc vera ſed inquantum glo.dicit tranſactionem debere reſcindi in effectu,quatenus eſt erratũ domi.Raph.multũ miratur.dicit quod videtur contra hunc tex. qui dicit quod tranſactio imponit finem errori calculi: ſed non perpendit quod glo.loquitur & debet intelligi qñ in tranſactione continetur error expreſſus.ſed tex.loquitur quando non continetur.& ita colligitur ex dictis Bal.hic.

De poſtulando. *Rubrica.*

1 ¶ An ex ſententia condemnatoria,oriatur naturalis obligatio?
2 Si aliquis per ſententiam diffinitiuam fuit prohibitus poſtulare perpetuò,uel ad tempus uel ſimpliciter ab uno iudice ordinario,puta poteſtate paduæ,an poſſit poſtulare in alia ciuitate,uel etiam in eadem coram alio iudice?

LEX. I.

1 CVm à. †Prohibitus perpetuò poſtulare, repellitur à poſtulãdo.h.d.vel ſic. Qui non appellat cum poteſt, videtur acquieſcere ſentẽtiæ.h.d.ſecũdũ Bar.In tex.ibi. [proibitus.] dic ſcilicet per ſententiam diffinitiuam.et ſic cauſa cognita.& præcedente accuſatione, vel inquiſitione:quia fortè fecerat pactum de quota litis.vt j.eod.l. ſi qui aduocatorum.vel quia monitus à iudice:vt officium aduoc.iuuaret pro aliquo,ſine iuſta cauſa recuſauit.vt j.eo.ti.l. prouidẽdũ circa medium.ibi.ſi quis verò monitus.Et ꝙ loquatur quando per ſentẽtiam diffinitiuã:patet in verbo.[non appellaueris.] quoniam ab interlocutoria non appellatur.Si ergo per interlo. non præcedente accuſatione vel inquiſitione,vt quia fortè nimis garrulabat,non potuiſſet iudex perpetuò ipſum prohibere, niſi quouſq; durat officium eius.quod ſolebat durare per annũ. & ita loquitur l.j.ff.de pœ.Et ſi fuiſſet dictũ perpetuò,non valeret niſi quouſq; durat officium:quia ſi non valet ꝙ ago vt ago: valet vt valere poteſt.vt l.ſi tam auguſti.ff.de ſerui.Quid autẽ ſi
a hoc verbum perpetuò [a] non fuiſſet appoſitum in ſententia? dic ſi erat interlocuto.idẽ vt s.dixi.Si verò diffinitiua:tũc aut fuit dictum prohibeo te poſtulare ad tempus, nec ſpecificat quantũ:tũc videtur prohibitus vſq; ad decenniũ.vt in l.ſi diuturno. ff.de [illegible] Si verò ſimpliciter,tunc videtur prohibitus ꝑpetuò vt l.[illegible] §.j.ſeu in prin.ff.de excu.tut.vbi illud ꝙ non habet expreſſum tempus,intelligitur perpetuum.Et ex prædictis patet ꝙ ſi legatus de latere ponit interdictũ in ciuitate, nõ per
b modum ſententiæ diffinitiuæ,durat quouſq; officium eius.[b] vt l.ſi certarum §.ſi.ff.de teſt.mil.& idem ſi iudex exponit aliquem ad confinia non pręcedente proceſſu,& diffinitiua ſentẽtia ſecũ
2 dũ Bal.† In tex.ibi.[placitis.]in hoc fundatur ſummariũ Bar. ꝙ qui non appellat cum poſsit,videtur conſentire in ſententia ſecus ſi nõ poterat:vt quia erat tertia appellatio.Et ex hoc deciditur q̃ſ.an ex ſentẽtia cõdẽnatoria oriatur naturalis obligatio.nã cũ illa naturalis oriatur ex conſenſu.l.ſtichũ.§.naturalis. de ſol. debet diſtingui,aut potuit appellare,& non appellauit,& oritur [illegible] Aut non potuit,& tunc ſecus cum lata ſit in inuitũ. [illegible] ſtipulantem.§.j.ff.de verbo.obli.tamen Bal.in l.Iul. ff. de condi.ind.determinat adhuc idem cum naturalis obligatio nõ ſolum oritur ex conſenſu:ſed etiam ex omni æquitate.l.iuriſgẽ[illegible] amplius.§.is natura debet.de reg.iur.Sed ęquitas [illegible] eſt vt magiſtratibus pareamus.vt l.veluti.ff.de iuſti. & iu. illa tamen quæ oritur ex conſenſu potior eſt: quia fortius habet fundamentum.& ideo non poteſt tolli per ſententiã. vt in dicta.l.Iuli.ſed illa quæ fuit orta ex ſententia ſine conſenſu poſſet tolli per alteram ſententiam ipſo iure.vt in l.prout quiſq;. de ſol.Poſſet tamen dici quod iſte text.non loquitur de placito partis ſed præfecti qui tulit ſententiam.& ſic non facit pro Bar. ſecundum do.Rapha. In glo.mag.in ver.[Item quod dicit.]dic glo.in eo quod ſequitur loquitur inuolutè.† Quæritur ergo pro declaratione glo.s.viſum eſt de tempore, quæritur de loco. Si aliquis per ſententiam diffinitiuam fuit prohibitus poſtulare perpetuò,vel ad tempus,vel ſimpliciter ab vno iudice ordinario,puta poteſtate Paduæ,vtrum poſsit poſtulare in alia ciuitate,vel etiam in eadem coram alio iudice?& glo.diſtinguit inter expreſſam prohibitionem,& tacitam.& videtur innuere in verbis ſuis quòd tam poſsit operari tacita quã expreſſa.Sed iſta non eſt intentio gloſſ. eſt diſtinguendum aut fuerit prohibitus ex aliquo delicto quod infamiam nõ irrogat. vt l.ſi qui aduocatorum.j.eo.& in l.prouidendum.verſ.ſi quis verò,quo caſu requiritur expreſſa prohibitio, & tunc prohibetur in alio loco poſtulare.Aut fuit prohibitus ꝓpter aliquod crimen quod irrogat infamiã, & fuit condemnatus ad pœnam delicti,ex poſitus ad confinia, vel punitus in pœna pecuniaria,vel corporali.quo caſu eſt infamis:etiam ſi iudex expreſsè non dicat, vt in l.nõ poteſt.ff.de fur.Et ſic poteſt prohiberi expreſsè,ſi iudex dicat:& etiam tacitè,ſi iudex non dicat.& hoc operatur infamia quæ ipſum comitatur:ſicut lepra leproſum.ad quemcunq; locũ iret.vt no.in l.ex ea.ff.eo.& tunc glo. diſtinguit. Aut Pœna delicti erat perpetua,aut temporalis:ſi erat temporalis,aut fuit aucta vel minuta cauſa cognita,& tunc cenſetur cum infamia diſpenſatum.& ſic non prohibetur in alio loco.per l. quid ergo. §. pœna grauior.ff.de infa.l.& ſi ſeuerior.j.eodem tit.& l.ſi Poſidonium.Aut non fuit aucta:vel diminuta:vel ſi fuit, non tamen cauſa cognita:& tunc durat infamia:& prohibetur in alio loco. non eo quòd iudex qui ipſum condemnauit.potuerit corrigere effectum ſententiæ ad alium locum.arg.in l.cùm vnus §.is qui. ff.de boñ.auto.iudi.poſ.ſed ex diſpoſitiõe iuris communis quæ repellit infamem à poſtulando.de qua infamia in quocunq; loco poterit opponi.vt in dicta l.ex ea.

a ¶ Verbũ ꝑpetuò. ad de Raph.Ful.cõ.clvij.inci.In cã benedicti polaſtri.Ale. & imo.i cõ.lx. inci. omiſſo multiloquio ſ j.volu.

b ¶ Quouſq; officiũ eiꝰ.Quid de ſtatutis eorũ,an ſint ꝑpetua vid per Doc.in c. ſi. de offi.lega.Doc.i c. j de of.le.Car.i c. cũ oẽs.de cõſti.i pe.col. Archi.in §.j.iij. diſt.

LEX. II.

1 NEc cæterorum. †Liberti poſſunt eſſe aduocati,ſi ſunt literati.ſicut ingenui.hoc dicit.

2 ¶ Exceptio non numeratæ pecuniæ fuit inuenta contra confeſsionem & promiſsionẽ, quæ fiunt ſub ſpe futuræ numerationis,uel alterius cauſæ de futuro,quæ poſtea non eſt ſecuta,& competit etiam condictio ſine cauſa.& nu.4.
3 Ille qui patitur contra ſe labi tempus præſcriptionis, cenſetur conſentire quod debitor ſit liberatus,& tollitur ciuilis obligatio.
4 Exceptio non numeratæ pecuniæ eſt temporalis:& durat biennio.
5 Confeſsio facta ſub ſpe cauſæ ſecuturæ,quæ non eſt ſecuta:& lapſum ſit biennium,an præiudicet confitenti?

LEX. III.

1 SI ſub ſpecie. † Si ſub ſpecie patrocinij præſtandi ſibi promiſerit quis aliquam quantitatem tanquam ſibi mutuatam, cum nõ eſſet,& patrocinium non præſtetur, cuius eſt exceptio non numeratæ pecuniæ.& etiam condicere poteſt liberationem infra tempora debita hoc dicit.Et reputat Barto.iſtam.l. valde difficilem.ſed mihi non ſic videtur.rectè intelligendo.ſed
2 poteſt ſummari generalius hoc modo.† Confeſsio de recepto. & etiam promiſsio facta contemplatione alicuius cauſæ ſecutæ licet non ſpe futuræ numerationis,ſi illa cauſa non ſequatur,poteſt infringi per exceptionem non nume.pecu.etiam per condictionem ſine cauſa,ſicut ſi facta fuiſſet ſpe futuræ numerationis quæ non fuit ſecuta.& hoc ſi infra tempora debita.ideſt biennium conſtat hoc dicit.Præmitte ꝙ exceptio non nu.pe. vel in factũ.de quibus loquitur tit.de non nu.pec.locũ ſibi vendicant. & ad hoc fuerunt inuentæ quãdo quis cõfitetur ſe recepiſſe ſpe futuræ numerationis:cũ tamen non receperit, & promiſit reſtituere:nec poſtea ſecuta eſt numeratio.quo caſu ſi ſola confeſsio interuenit,locũ habet exceptio nõ nume.pec.ſi verò interuenit etiam promiſsio,locũ habet exceptio in factũ.vt j.de nõ nume. pecu.l.cũ vltra.Sed quid ſi fuit facta non ſpe futuræ numerationis:ſed alterius cauſæ ſecuturæ,quæ tamen nõ eſt ſecuta? licet in hoc tex.non dicatur,ſed debet ſuppleri:vt ſi requiro aduocatũ ꝓ patrocinio,& cũ nõ habeam pecuniam in promptu,ipſe vult ꝙ confitear recepiſſe ab eo.x.tanquã mutuata.& quod promittam per ſtipulationẽ ſibi:reſtituere ad ſuum beneplacitũ:poſtea non præſtat mihi patrociniũ:quia fortè concordaui cũ parte.ipſe autem petit à me iſtã pecuniam tanquam mutuatã.& producit inſtrumentũ cõfeſsionis.ego autẽ excipio quòd nullam pecuniã vnquã mihi mutuauit:ipſe hoc fatetur:ſed dicit qđ ego promiſi,& fui confeſſus ſub ſpe vt mihi patrociniũ præſtaret:ideo nõ

a ¶Aduocatus qui pa ciſcitur. Adde glo.in l.ſumptus.ff. de pac. Bar.in l.j. §. ſi cui. ff. de var. & extraord. cog.Spec.in tit. de ſa la.in §. ſequitur.ver. perſonæ. & ibi Ioan. Andræ.

poſſum obijcere exceptionē non nu. pecu.
vel in factum,quæ nō fuerūt inuentæ niſi.
vt s.dixi. certè hic dicit̄ ꝙ imò poſſum qa
licet emanauerint ſub ſpe futuri patrocinij:
ex quo tā non eſt præſtitū,ratio ſuadet qđ
poſsim illas exceptiones obijcere ſicut ſub
ſpe futuræ numerationis,quę nō eſſet ſecu
ta.dummodo tēpora nō tranſiuerint.l.bien
niū:ſed poſſum etiam condicere liberationē.Sed ſi tēpus tranſie
rit innuit,text.ꝙ nō poſſum obijcere.& iſtud eſt verum quantū
ad hoc vt transferatur onus probandi in aduerſarium quod mi-
hi numerauit:quia tranſacto biennio pręſumitur pro confeſsio-
ne mea quòd mihi numerauit,niſi probem cōtrarium.& iſte eſt
3 verus intellectus.† In tex.ibi.[conſenſum ac fidem accommoda
ſti.] Not.ſcđm Doc.quod ille qui patit̄ cōtra ſe labi tēpus pſcri-
ptionis,cenſetur conſentire qđ debitor ſit liberatus & ſic videt̄
ꝙ per præſcriptionem tollatur naturalis obligatio de ciuili autē
non eſt dubium cū pręſcriptio ſit de iure ciuili.Cōtrarium tā vi
detur no.in l.fi.ff.rem rat.hab.ꝙ tollitur ciuilis tantū, & non na-
turalis.nam iſte cōſenſus eſt informis,& nō ordinatus ad tollen
4 dam obligationem.† Not.etiam hic ꝙ exceptio non nu. pec. eſt
temporalis:& durat biennio tantū.Sed contrà:quia quę tempo-
ralia ſunt ad agendum,perpetua ſunt ad excipiēdum.vt l. purè.
in fin.ff.de do.exce.Solu.ibi in exceptione doli propriè ſumpta,
quæ tendit ad elidendū exceptionem agentis perpetuò ſed ex-
ceptio non nume.pec.non tendit directò ad elidendum : ſed ad
transferendum onus probandi in aduerſarium et ad faciendum
ꝙ confeſsio non noceat confitenti,vt ex ea poſsit ſe aduerſarius
fundare.Si enim confiteor me recepiſſe pecuniam mutuo : talis
confeſsio deberet regulariter probare contra me , abſq; alia pro-
batione,ſi facta eſt te præſente,vel te abſente,interueniente nun
tio vel epiſtola.vt in l.Publia.§.fi.ff.depoſi. & tā ſtatuit̄ contra-
rium in tit.de non nu.pecu.quia frequenter fiunt confeſsiones
ſpe futuræ numerationis.& numeratio non ſequitur: ideo quo-
uſq; lapſum ſit biennium , creditor ex illa confeſsione non po-
teſt ſe fundare:ſed habet neceſſe alio modo probare numeratio-
nem:lapſo verò biennio ſecus niſi confitens pbet contrariū qđ
facere poteſt:quia confeſsio nō immutat veritatem.vt l.cū falſa.
§.de iur.& fac.igno.Et eodem modo reſponde ad aliud de quo
poteſt obijci contra fi.huius l.nam regulariter conditiones cùm
ſint actiones perſonales , ſunt perpetuæ ſaltem vſq; ad xxx. an-
nos.vt in l.ij.j.de conſtitu.pecu.& tamen conditio eſt tempora-
lis vſq; ad biennium,& non vltra : ille qui confeſſus eſt ſe rece-
piſſe mutuo:& promiſit reſtituere,pōt condicere confeſsionem
infra biennium,& non vltra.ſi fundat ſe in numeratione non fa
cta.vt hic patet iuncto fi.qui habet limitari per iſtum text. In gl.
mag.ibi.[& hoc in id &c.] vt intelligas hanc glo.quæ loquitur
inuolutè & ſibijpſi videtur cōtrariari:quia hic vnū dicit in prin.
& aliud in fi.Forma igitur oppoſitionē ſic.nam videtur qđ non
habeat locum exceptio non nu.pec.quia quādo quis confitetur
ſe recepiſſe mutuo non ſpe futuræ numerationis , ſed ob aliam
cauſam de præterito verā,vel de futuro,q̄ poſtea eſt ſecuta,non
habet locum dicta exceptio.vt l.ſi ex pretio.j.ſi cer.peta.Sed hic
fuit huiuſmodi:qa ſub ſpe patrocinij præſtandi.ſi ergo illud eſt
præſtitum,debet ceſſare dicta exceptio. Glo.timore huius con-
trarij dicit ꝙ iſta l.non debet intelligi quando fuit confeſſus.&
promiſit maiorem quantitatē quā illi deberetur pro patrocinio.
vt ſi debebantur decem:& promiſit xx.tunc in x.quæ debentur
non habet locū exceptio:ſed in reſiduo locū habet. Iſta eſt diui-
natio ad iſtū tex. q̄ loquit̄ de toto eo quod promiſſum eſt. Ideo
dic quod iſta opi.haberet locū ſi patrocinium fuiſſet præſtitum.
& tunc procederet ſolu.gl.Sed hic debet intelligi qn̄ non eſt pręs
ſtitum:qa partes fortè venerunt ad concordiā.& ſic in tota ſum
ma obſtat exceptio:dubium autem erat hoc quod ſuprà dixi.qa
exceptio non nume.pecu.fuit inuenta contra confeſsionem &
promiſsionē,quæ fiunt ſub ſpe futuræ numerationis . Certè iſta
l.hoc inducit de nouo.vt habeat locū etiam quando ſub ſpe alte
rius cauſæ de futuro:quæ poſtea nō eſt ſecuta. Et hoc tene men
ti.Si autem de præterito,vt ſi tenebar tibi in centū ex vna cauſa.
& confiteor illa habere penes me ex cauſa mutui : tunc non ha-
bet locum dicta exceptio & ſi eam oppono,tu potes eam exclu
dere proponendo & probando debitū præcedens.vt in l.ſingu-
laria.cū ibi not.ſi cer.pet.& eo.tit.j.l.ſi ex pretio.Ex hoc apparet
5 ſolu.quæſtionis formatæ per gl.† Quid iuris ſi lapſum eſt bien
nium:nā glo.refert tres opi.Tu dic breuiter. Aut patrociniū nō
eſt ſecutū.& tunc confeſsio nocet confitenti in tota quantitate:
niſi probet ſimulationē,ꝙ fuit facta confeſsio ſub ſpe futuri pa
trocinij,quod ſecutū nō eſt:non ſpe futuræ numerationis : quia
tunc haberet neceſſe probare numerationē non fuiſſe ſecutam.
quod eſſet difficile.Sed hoc non eſſet difficile probare per teſtes
qui interfuerunt conuentioni:ſed ſi patrociniū fuit ſecutū : tunc
vſq; ad quantitatem debitam pro patrocinio:etiam ſi nō eſſet la
pſum bienniū,non haberet locū exceptio:propter præceden-
tem oppoſitionem,multominus poſt.ſed in eo quod excedit,la-
pſo biennio præiudicaret confeſsio:niſi probaretur ſimulatio vt
dixi:& ita reducitur ad concordiam finis glo.cum principio.

LEX IIII.

1 VElamento.† Not.in hanc l. ꝙ licet iudex non audierit aduocatū alterius partis:
quia erat abſens,& noluit ipſum expectare, licet pars
inſtabat vt expectaretur,vel erat præſens , & non fuit
viſum iudici neceſſariū audire aduocatos:vel etiam audiuit ad-
uocatum vnius partis,& non alterius,non propterea ſentētia la-
ta contra aliū eſt nulla.Fallit in cauſa fiſcali.vt j. de ſentē. aduer.
fiſ.la.j.lib.xij.Et idem videtur in cauſa eccleſię:quę eſt eodē mo
do priuilegiata.vt ibi not.Ex hoc etiam patet quod non eſt dan
da dilatio pro aduocato habendo.Quod eſt verū poſt litem cœ
ptam.ſed ante ſic.ff.ex quib.cau.ma.l.ait prætor. §.j. & etiā poſt
datur ex cauſa.vt ſi ſit mortuus iſte qui habebat , vel ſe abſenta-
uit.vt eo.ti.l.ſed & ſi per prætorem.§.pe.& in l.necnon.eo.ti. ſe-
cundum Cy.licet ſi non detur,non ſit ſententia nulla:vt hic.De
hoc vide in capitu.j.vt lit.non conteſt.in gl.ij.& per Imol.

2 ☞ *Fam.: & honor debet præferri omni lucro.*
3 *Aduocatus an poſsit paciſci cum clientulo,de certa quantitate ſolita & moderata , ſiue perdat ,ſiue uincat?*

LEX V.

1 SI qui aduocatorum,† Aduocatus qui
a paciſcitur cū clien
tulo de quota litis , repelletur ab officio aduocationis.
h.d.Patitur etiam aliam pœnā.de qua in l.ſi remunerā
di.§.fi.ff.manda.& idem in procura.vt ibi patet.& in l.litem.j.de
2 procura.† In tex.ibi.[exiſtimationi:] ideſt famæ & honori ſuo.
& ſic no.famam & honorem præferendū omni lucro.facit l.Iul.
ff.ſi quis omiſ.cau.teſt.& l.miles.§.ſocer.in fin.de adulte. ſecun-
dum Cy. In tex.ibi.[certæ partis.] dic:ſcilicet quotę vt dimidię,
tertiæ,vel quartæ.Certè etiā ſi non ſub nomine quotæ.vt ſi erat
quæſtio de hæreditate,& pactus eſt de vna re hæreditaria.cū ſit
eadem ratio.Secus ſi de alia re q̄ non erat in controuerſia ſecun-
dum Bal.ſed ſalua reuerentia:qa eadē eſt ratio prohibitionis: qa
inducitur aduocatus ad calūniandū . Dic ergo quod vbicunq;
pactū confertur in euentū victoriæ:puta ſi vincā tibi hanc quę-
ſtionem,volo habere tantū:ſi non vincā. nihil volo habere : ſed
volo te iuuaſſe gratis:ſemper pactū eſt reprobatū,ratione prædi
cta.quoniā vt vincat,vtetur omni calūnia et falſitate:quibus po
terit.& conabitur per fas & nefas vincere.& iſta fuit cauſa pro-
hibitionis.& ſatis colligitur ex dicta l.ſi remunerandi.§.fi. & l.ſa
3 lariū.ff.man.† Tunc aūt pactum eſt licitū, quando non confer-
tur totaliter in euentū litis,vt quādo paciſcitur de certa quanti-
tate ſolita,& moderata,ſiue vincat , ſiue perdat.nam tunc ceſſat
ratio calumniæ.& ſi vltra hoc paciſceretur , ꝙ in caſu victoriæ
aliquid plus conſequatur.dic ꝙ nō eſſet licitū.vt l.j.§.& ſi nomi-
ne.ff.de va.& ex.cog.quia poſtquā in omnem euentū habet cer
tum ſalarium : non ſic mouebitur ad calūniandum pro illo mo-
dico pluri.Quantum autem ſi non eſſet taxatū , iudicis arbitrio
relinquitur.ſed do.Rapha.dicit hic ſe intelligere iſtum tex.quā-
do poſt litem finitam paciſcitur aliquid dare nomine palmarij.
id eſt victoriæ.nō autem quando poſt litem cœptam. & dicit ſe
poſtea reperiſſe Pet.hoc idem tenentem in dicta l. item infrà de
procu.& tunc non eſſet dubium.vnde præcedens intellectus vi
detur mihi verior & rationabilior.vide quod not. in l. ſumptus.
ff.de pact.

5 ☞ *Excipiens de criminibus contra perſonas teſtium,non debet prorumpere ad uerba iniurioſa ultra quàm litis utilitas expoſcat:alias tenetur actione iniuriarum. & quando uideatur utilitas litis expoſcere?*

Lex

LEX. VI.

QVisquis vult. Lex iſta primò prohibet aduocatis quatuor. vſque ibi [apud.] Secundò permittit vſq; ibi.[quiſquis.] Tertiò præcipit.& eſt l.moralis.& pulchrè dictata. Et dicit Bald.quòd qui eã ſeruaret,reputaretur & eſſet optimus aduocatus.† Not.in prima parte poſt princi.ibi.[aduocatus & iudex.] hoc poteſt intelligi tribus modis.primo quod ille qui fuit aduocatus in vna cauſa,non poſſit poſtea in eadem eſſe iudex. quod intellige:ſcilicet delegatus:ſed ordinarius ſic.& no.in Spe.de iudi.dele.§.ſupereſt.verſi. Item ſi fuit aduocatus.vt probatur in l.prætor.ff.de iur.om.iud.debet tamen cauſam delegare ordinarius,ſi ab eo petatur:cum ſit ſuſpectus propter officium aduocationis:quia videtur habere affectum ad cauſam in qua fuit aduocatus.& iſta eſt iuſta cauſa recuſandi.& ſic habet iuriſditionẽ mero iure:ſed delegatus videtur quod ipſo iure non habeat: vt ſit aliqua differentia inter delegatum & ordinarium. Secundò poteſt intelligi econuerſo q; ille qui fuit iudex in cauſa,non poſſit finito officio eſſe aduocatus in eadem.Cy.non tenet hoc:quia non eſt eadem cauſa ſuſpitionis.Iudex enim non præſumit habere affectionem plus ad vnam dartem quàm ad alteram. Mihi videtur,& ita vidi fieri:& eſt honeſtum quod ſi dedit ſententiã in vna cauſa pro vna parte,non poſsit finito officio ſuo in cauſa appellationis ſumere officium aduocationis pro illa parte: vel illam non debeat:quia tunc reſultat ſuſpitio q; faueret illi parti: vel quòd intellexerit ſe cum illa:ſed ſi non oderat ſententiam, ſecuræ poteſt acceptare officium. Tertio modo poteſt intelligi q; eodem tempore quo quis eſt iudex non debeat tanquam aduocatus vnius ex partibus,allegare pro ipſa. Et ita faciunt cauti iudices quando vna pars ducit aduocatum,& altera non.nam dicunt illi.ducas aduocatum tuum,vt reſpondeat aduocato alterius partis:quia non intẽdo eſſe iudex & aduocatus pro te. Sed præſentibus aduocatis vtriuſq; partis,ſi alter ipſorum deficeret in reſpondendo,poteſt ſupplere de iure:allegando meliorem legem,vel rationem.vt infrà vt quæ deſunt aduoc.l.vnica. Et iſtã
2 credo fuiſſe mentem huius literæ.† In tex.ibi.[prorũpant.] Not. argumentum cum quis excipit de criminibus contra perſonas veritatem non debet prorumpere ad verba iniurioſa. vltra quam litis vtilitas expoſcat aliàs tenetur ac.iniuriarum.& ita fieri vidi fac.l.ſi verò pro condemnato.§.j.ff.qui ſatiſda.cog.& quando videatur vtilitas litis expoſcere.dic vt in l.quæ oĩa.ff. de procu.

2 Quando pars aſſumpſit omnes aduocatos meliores pro ſe:& iudex compellat aliquos ex illis aduocare in illam partem,& aſſumere aduocatos pro altera, & ſi hoc recuſant ſine iuſta cauſa poſſunt perpetuò priuari officio aduocationis.

3 Statutum poteſt diſponere quòd nullus ex litigatoribus debeat in cauſa ſumere conſiliũ in ſcriptis & cum ſigillo,niſi ab uno doctore huius ciuitatis:ſeu ex his hic manentibus,aliàs perdat cauſam.

4 Qui ſubtrahit alteri parti ſuas probationes uel defenſiones,ſubtrahendo inſtrumentum,uel corrumpendo teſtes,uel eis minãdo quòd nõ debeat teſtificari pro altera parte,ſi conuincatur de hoc,debet cauſam perdere.

LEX. VII.

PRouidendum. Tria ſunt dicta huius l. ſecundùm ibi.[ſi quis verò]
1 tertium ibi [ſi quis autem.] † No. ex prima parte q; ſi vna pars aſſumpſit pro ſe omnes meliores aduocatos poteſt iudex ad inſtantiam alterius compellere aliquos ex illis aduocare in illam partem,& aſſumere aduocatos pre altera. Et ita pluries vidi fieri.licet gl.dicat q; iſtud fiebat olim qñ ſalariũ dabatur de publico:hodie nõ:cũ detur a clientulis:vnde licet vnicuique facere facta ſua prout melius poteſt.Sed contrarium patet ex fi.huius.l.quia videtur facere malitioſè,vt ſubtrahat alteri parti partis defenſionis copiam:ideò debet puniri.vt ibi.& fa-
2 cit.ff.de offi.procõ. l.nec quicquam.§.obſeruare.& §.fi. Itẽ not. ex ſecũdo dicto q; ſi tales aduocati quibus iudex præcipit.vt ſ. dictum eſt recuſant hoc facere ſine iuſta cauſa,poſſunt perpetuò priuari officio aduocationis. iſtud nunquam vidi obſeruari: eſſet autem iuſta cauſa recuſandi,quando ſciret partem illam non ſouere iuſtam cauſam ſecundùm Guid.de ſuza.per.l.rem non nouam.§.patroni.j.de iudi.† Ex tertio dicto no.pro ſtatuto huius ciuitatis.quo cauetur q; nullus ex litigantibus debeat in cauſa ſumere conſilium in ſcriptis.& cum ſigillo,niſi ab vno doctore huius ciuitatis,ſeu ex his hic manentibus,aliàs perdat cauſam: & hoc fuit ſtatutum:quia ſemel fecit quidam conſuli pro ſe ab vno doctore:[a] & poſtea ſubſcribi ab omnibus alijs vnde nõ reperiebatur qui vellet alteram partem iuuare. Et ex hoc reſultat præſumptio contra taliter facientem quod foueat iniuſtam cauſam.Gl.tñ hic dicit q; non ppterea debet cauſam perdere.† ſed Cyn.dicit contrariũ in additiõibus. q; ille q ſubtrahit alteri parti ſuas probationes vel defenſiones: puta ſubtrahendo inſtrumentũ,vel corrumpẽdo teſtes,vel eis minãdo q; non debeãt teſtificari pro altera parte, ſi conuincatur de hoc:debet cauſam perdere per.l.ſi de poſſeſsione.j.de proba. & per.l.ij.§.j.ff.de iure fiſc.vbi eſt text.notabilis de hoc. & ibi per Bar in d.l.ſi de poſſeſsione. Ad q; facit.c.peruenit.extrà de reſt. cog.& c.conſtitutus.in fi.& q; no. Inn.in.c.intimauit.de teſti.& hoc fortè voluit dicere iſte tex.in fi.q; experiretur authoritatem iudiciariam à ſe leſam. Tene menti:quia ſingulare eſt:licet rarò practicetur:ſed vnus bonus aduocatus qui recordet de his, multùm poteſt prodeſſe ſuo clientulo.& iterum tene menti.

a ¶Ille q fuit aduocatus. Add Inn. Ant. de but.& Doc.in c.irrefragabili.de offi.or. Ant.de bu.in c.dilecto.de teſti.Phili. in c.poſtremò.de app.

b ¶De hoc nomine præuaricator, qualiter ex ſentẽtia Labeõis à varia certatiõe tractũ ſit, & qs ꝓpriè præuaricator dicatur. aduocatus.aũt nõ niſi impropriè. vide l. j. ff.eo.titu.

De aduocatis diuerſorum iudiciorum. Rubrica.

2 ¶Aduocatus qui colludit cum aduerſario,uel patitur ipſum uincere,dicitur præuaricator impropriè,& quis dicatur præuaricator? & quod ſit crimen publicum.

3 Quid in procuratore?

4 Detecto crimine procuratoris uel aduocati,& ipſe condemnatur criminaliter, ſententia retractatur:& cauſa de nouo agitatur:& ſi lata eſt ſententia,an ſit nulla ipſo iure? & nume.5.

5 Sententia lata contra abſentem,interueniente dolo partis,& falſis allegationibus, eſt nulla.

6 Sententia contra aduocatum qui præuaricatus eſt,an faciat fidem in cauſa ciuili contra alteram partem,ut per hoc reſcindatur ſententia,abſque eo quòd probetur iterum præuaricatio?

LEX. I.

1 SI patronum. † Ex præuaricatione aduocati punit aduocatus:ſentẽtia reſcinditur,& cauſa reſtauratur.h.d. ſecundũ Iac.bu.& eſt difficilis iſta.l.in ſui materia.& quotidiana.& Cy.hic multa dicit:vel ſic ſecundùm Barto. præuaricatio aduocati probata facit eum puniri , & ſententiam reſcindi:ſed non probata facit vt puniatur accuſator,& ſententia firma permaneat.hoc dicit.† Not.qd aduocatus qui colludit cum aduerſario,vel patitur ipſum vin-
b cere,dicitur præuaricator.[b] quod eſt verum impropriè.nam propriè loquendo non dicitur præuaricator niſi ille qui accuſat aliquem de publico crimine.& poſtea patitur ipſum abſolui, fortè corruptus ab eo.& ſic prodit rempublicam: cuius intereſt delicta puniri:& tunc tale crimem eſt publicum:ſed hic prodit perſonam priuatam.ideò impropriè dicitur.& crimen eſt priuatũ.
3 & hæc habentur in l.j.ff.de priua.deli.† Sed quid in procuratore glo.j.de procu.ſuper rubrica.videtur ſentire quod non committat crimen præuaricationis.cum dicit quod aduocatus accuſatur de dicto crimine:ſed contra procuratorem agitur de dolo, ſi colluſit cum aduerſario.Certè non video differentiam:vnde puto quod ita impropriè dicatur præuaricari procurator,ſicut aduocatus:& poſsit de hoc crimine puniri,& pœna eſt extraor. vt in.l.j.ff.de præua. Quinimò maius eſt periculum in procuratore.in cuius perſona ſubſtantiatur iudicium. & maius damnum facere poteſt:cum teneat omnes terminos litis. non ſicut aduo-
4 catus.† Item not.quod detecto crimine procuratoris vel aduocati:& ipſe condemnatur criminaliter , ſententia retractatur. & cauſa de nouo agitatur.Sed eſt dubium an ipſo iure ſit nulla.qd innuit iſte tex.prima facie.an ſit reſcindenda per reſti.in integ. quod videtur per.l.minor autem magiſtratus.§.j.ff.de mino. de qua glo.oppo.Fuerunt diuerſæ opi.quas glo. recitat & finaliter diſtinguit:an interuenerit corruptio per pecuniam:& eſt ipſo iure nulla.vt l.venales.j.quando prouo.non eſt ne.An per gratiã: & tunc non eſt neceſſaria reſtitutio.vt l.ſeruo inuito.§.cum prætor.ff.ad trebel.Petr.dicit quod iſta diſtinctio bene reperitur in iudice corrupto:in quo ſubſtãtiatur iudicium.cum tres perſonæ